Epistola

LEcti-o Epístolæ be-á-ti Petri Apósto-li.

CAríssimi: Obsecro vos tamquam ádvenas, et peregrínos abstinére vos a carná-libus de-sidé-ri-is, quæ mí-li-tant advérsus ánimam, conversa-ti-ónem vestram inter gentes habéntes bonam: ut in e-o, quod detréctant de vobis tamquam de ma-le-factóribus, ex bonis opé-ribus vos considerántes, glorí-fi-cent De-um in di-e vi-si-ta-ti-ó-nis. Subjécti í-gi-tur estóte omni humánæ cre-atúræ propter De-um: sive regi, qua-si præcelléntí: sive dúcibus, tam-quam ab e-o missis ad vindíctam ma-le-factórum, laudem vero bonórum: qui-a sic est vo-lúntas De-i, ut bene-faci-éntes obmutéscere faci-á-tis impru-dénti-um hóminum ignoránti-am: qua-si líbe-ri, et non qua-si ve-lámen habén-

tes ma-lí-ti-æ libertátem, sed sicut servi De- i. Omnes honoráte: fraterni-tá-



tem di-lí-gi-te: De-um timéte: regem honori-ficá-te. Servi, súbdi-ti estóte in



omni timóre dómi-nis, non tantum bonis, et modéstis, sed é-ti-am dýsco-lis.



Hæc est enim grá-ti-a: in Christo Jesu Dómino nostro.